



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

6. Considerationes de æterna gloria

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

Apoc. 19. *Et ascendet fumus eorum in secula seculorum,*
 3. adjungit sanctus Joannes Evangelista.

5. Tandem produces & reflexiones & resolutiones necessarias, atque ad fructum ex his considerationibus speratum eliciendum opportunas.

6. *Considerationes de aeterna gloria.*

Platea & 1. **L**ocum tibi exhibebis illi, quem supra de
muri ejus inferno descripsimus, omninò opposi-
ex auro tum.

purissimo, 2. Est videlicet iste locus plenus luce, quæ
porta ni- nunquam deficit vel obscuratur. Auro est pu-
tent mar- rior, chrystallo lucidior, ubi felix regnat im-
garitis mortalitas.
&c.

Inebria- 3. Anima illic inebriatur incomprehensibili
buntur ab felicitate, quia intellectus potietur clara Dei
ubertate visione, voluntas verò illius fruitione, amor
domus tua ejus suavissimo, ampliusq; quam quis unquam
& torren- fit expertus penetranti, sociatâ.

te volu- 4. Corpus illic plenum gloriâ Solis instar
ptatis tua fulgebit, & quatuor donis, impassibilitatis,
potabis eos subtilitatis, agilitatis & claritatis beabitur.
Pf. 35. 9.

Tunc just 5. Quinque sensus omnibus, quarum qui-
fulgebunt dem capaces fuerint, recreationibus perfunden-
sicut Sol tur, idque singulari quadam cum puritate ac
in regno spiritus elevatione, quæ Deo semper illos reti-
patris sui. nebit unitos.
Matth. 13.

43. 6. Gloriosa electorum omnium, sicut &
Erunt beatorum spirituum, societas non parum ad
sicut An- lætitiâ paradisi conferet, potissimum verò
geli Dei aspectus & societas sacratissimæ humanitatis
in caele. Salvatoris nostri, & illius sanctissimæ matris.
Matt. 22.

30.

7. Tanq

7. Tandem reflexiones elicies & resolutiones necessarias, ad fructum concupitum ex istis considerationibus percipiendum accommodas.

Beati immaculati in via. tanquam si diceret, si vis esse beatus, esto immaculatus. D. Aug.

Quantum ad ea, quæ de quatuor novissimis dicta sunt, adiri poterit Catechismus noster in quo abundantissimam meditationis materiam quis inveniet.

CAPUT IIX.

De aliis meditationum materiis proficientium propriis.

Diximus jam superius proficientibus ordinariè meditandum esse de virtutibus, de vita, miraculis & passione Salvatoris nostri, de sanctissimo Sacramento, de vita B. Virginis, de exemplis Sanctorum, de votis ac regulis Religionis, de sententiis sacræ Scripturæ, & aliis similibus argumentis illorum intellectui in via Dei magis magisque illuminando accommodas.

I. Consideratio de virtute in genere.

SI quis igitur meditari voluerit de virtute in genere, considerabit

1. Illius naturam, putà quod sit sanctus quidam habitus, excellens qualitas, certum ornamentum, perfectio & decor animæ, eos, qui illam possederint, felices reddens, atque ad bene operandum disponens.

2. Causas illius. Est enim excellens quædam participatio & imitatio alicujus perfectionis Dei, nobilissimusq; gratiæ Spiritus sancti in animabus nostris relictus effectus.

Causa.
1. Exemplaris.
2. Efficiens.
Qui deficit sibi, ut virtuti adhareat, amittit quod suū ost. accipit quod æternum est.
D. Amb.